Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-505241-p0001-0

Hierzu 1/2 Bogen Mscr.
S.

Lac. 14.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-505241-p0002-6

Catal. p. 135.

[illegible]

Κολοβ. p. 15-28
(σπλαγχνα)

4.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-505241-p0003-1

Continentur in hoc vol.

1) Epistolae duae apocryphae, altera Corinthior. ad Paullum Ap. altera Paulli ad Corinth. quae dicitur perüsse, ex cod. Arm. integro nunc primum editae separatim: Graeceq. ac Lat. versae, et additis Guil. atq. Ge. Whistoni or. notis, praefat. et animaduerss. Io. Bened. Carpzouü auctae. Helmst. 1776.

2) Basilü Magni oratio de humana Christi generatione Graece et Lat. ex recens. Iuliani Garnier. In sectiones primum descripta, noua vers. argumento et notulis macta (a Io. Bened. Carpzouio). Helmst. ~~1757~~ 1757.

3) Theodori Raithu libellus de incarnat. Dom. Graece

4) et Lat. Ex Suidae, tum et Io. Meursü ac Car. du Fresne Glossariis emendatus atque explicatus opera Io. Bened. Carpzov. Particula I. Helmst. 1779. Particula II. cui praemittitur Patrum Graecor. interpretatio loci Hebr. II, 16. Ibid. 1780.

5) Io. Bened. Carpzouü prosopographiae de oris et corporis Iesu Christi forma Pseudo-Lentuli, Ioh. Damasceni ac Nicephori. Obiter Neo~~po~~ Zopyrorum Christicones inducuntur. Ibid. 1777.

Zusammen in Pappe gebunden.

BASILII MAGNI
ORATIO
DE HVMANA CHRISTI GENERATIONE.
GRAECE ET LATINE
EX RECENSIONE IVLIANI GARNIER.
In Sectiones primum descripta, noua Versione, Argumento et Notulis macta.

PROGRAMMA
SACRO CHRISTI NATALITIO
A. R. S. CIↃ IↃCCLVII
IN ACADEMIA IVLIA CAROLINA
P. P.

HELMSTADII
EXCVDEBAT VID. PAVL. DIET. SCHNORR.

21

PRAEFATIO.

BASILIVS, Caesareensis Praesul saeculo quarto, magnus quum esset assertor veritatis doctrinaeque vindex Christianae, ita pariter excelluit literis Graecorum facundiaque, vt Libanius, facile hoc saeculo princeps rhetorum, et a religione sancta alienus, victum se ab hoc viro in Epistolarum certamine elegantium, fateretur. Addidicerat Basilius Antiochiae ab hoc Libanio eloquentiam et artes humaniores, quas deinceps Athenis Himerii Proaeresiique institutione, qua etiam Iulianum habuit commilitonem, perfecit. Post illa tanto captus amore fuit in has literas, vt scripta oratione comta, quomodo Graecorum libros cum fructu legant, rectae indolis iuuenes admoneret. Qui inde mirum, si obtinuit illa dictione tersa amoenaque, vt Photius, ille magnus arbiter ingeniorum, veritus non sit, Basilium Demostheni, aut Platoni adeo ipsi, aequiparare? Magnam vero inprimis (teste Suida,) meretur ob Homilias in Hexaëmeron admirationem: quas etiam tanti fecit Gregorius frater, Nyssenus Praesul, vt, nisi diuinitus datis, libris omnino nullis eas concedere affirmaret. Nec in aliis scriptis sibi dissimilis est Basilius. Certe Ascetica, (vt his vtar,) quamuis ab Eustathio Sebasteno interpolata; item Orationes seu antiquorum stilo Tractatus, et pietatem viri et doctrinam, eloquentiam autem prae se ferunt consummatam.

HAS inter Homilias habetur praesens in diem natalem Christi, grauis sane et digna tanto oratore; ob suauem in persuadendo vim valde aestumata, frequentique vsu Ecclesiae Graecae trita, et in libris Graecorum Ecclesiasticis obuia. Dictio apta omnino et decora: dignitate, rebus conuenienti, permista! Nec tam Blandusiae fons vi-

tro splendidior, quam aquae flumina perennantis, quae ad caelestem scaturiunt vitam, nominari oratio meretur.

EA fuit saeculo superiori Academiae huius laus, vt ibi doctores literarum, edendis separatim libellis Ecclesiae Patrum occupati, virtutes, stilum, ingenium, doctrinam horum auctorum, reddere ciuibus notiorem quaererent. Inprimis Iohannes a Fuchte, Caseliusque, ob illa Ecclesiae veterum doctorum, ipsius etiam Basilii Magni, excerpta, praeclara omnia et vtilissima, sua in Iuliam literasque merita auxerunt. Ioachimus enim Ioh. Maderus, cui Patres tres Apostolicos debemus Helmstadii exscriptos, et Calenius, de quo statim erit dicendum, professorio in hac Alma stipendio non vixerunt. Sopitus autem est ille mos, postquam recentior philosophorum sapientia literas Graecas, et cum studio Patrum, eruditionem vna afflixit. Igitur parum est verendum, vt hoc consilium edendae adeo pulchrae doctaeque Basilii orationis ab amatoribus melioris doctrinae improbetur, praecipue si cognoscent, praeter elegantiam Graecam et alias vocum obseruationes, quas vel doctissimi Philologi Basilio concedent; etiam ordinem, perspicuitatem, flumen, veritatem, in hac concione quasi de palma certare.

SI fides Daumio habenda, tribus Helmstadii vicibus prodiit haec oratio Basilii; quarum tamen nos, praeter Calenii editionem, cum magno Fabricio nullam vidimus. Haec autem Caleniana parum suo attulit auctori ornamenti. Nam praeterea quod Textus vitiose deprauatus, et scabra ieiunaque interpretatio Latina est, sic Notae etiam steriles vbique ineptiunt. Nos igitur in hac noua editione Helmstadiensi Textum Graecum descripsimus ad editionem, a Monachis Benedictinis, praecipue Iuliano Garne-

Garnerio et Franciſco Fauerollio exornatam, eumque cum Codice Baſileenſi Graeco, anno MDLI apud Frobenium excuſo, contulimus. Verſionem Latinam plane nouam fecimus. Notas ſubiecimus et Varias Lectiones, tum noſtras, tum illas e Pariſienſi Benedictina, quas a noſtris litera B. diſtinximus. Denique, praeter Argumentum; Sectiones aliaque minora interciſa, perſpicuitatis cauſſa, addidimus.

IVSSIMVS hanc Baſilii orationem de generatione Chriſti humana opportune prodire nunc, quo ad ipſa Saluatoris noſtri Γενέθλια pie concelebranda Ciues cohortamur Academicos. Habent enim literarum ſtudioſi permulta, quae ex hac oratione diſcant. Audiunt facundum et magnum oratorem, diuinae humanaeque ſapientiae conſultum. Vident, turpiter ſe dare, qui in myſteriis Dei exponendis non literas diuinas, ſed commenta ingenii ſequantur: et agnoſcunt, hoc magnum myſterium pietatis, τὴν Οἰκονομίαν, quemadmodum declaratur in libris ſacris, ſimplici amplectendum eſſe fide. Igitur omnibus ſuademus, vt hanc orationem comtam his Feriis perlegant Natalitiis, fructuſque ex eadem percipiant ſalutares.

ERIGAT nos omnes ἡ Ἐπιφάνεια Filii Dei, in hac aerumnoſa bellorum tempeſtate deiectos. Combure, pacator orbis, et tu o pacis fundator Ieſu, combure ſaga, ſanguine volutata! Corrige gentes, vt ex ſuis enſibus cudant vomeres, falces ex ſpiculis! efficeque, vt, quam naſcente te Angeli congratulabantur pacem terrarum orbi, ea redintegretur, et lupus verſetur cum agno, pardus haedo accubet! P. P. in Academia Iul. Carolin. A. D. XXIIII Decembr. A. R. S. MDCCLVII.

ARGVMENTVM.

CONCIO *Basilii de humana Christi generatione describitur in partes tres: in Exordium, Tractationem, et Conclusionem.* I) *Exordium Basilius desumit ab aeterna Filii Dei generatione. Grauiter docet, illius modum nec capi humana mente, nec oratione explicari posse, ideoque praestare de ea silere, quam vana loqui.* II) *Tractatio est binembris.* (α) *Prius membrum mysterium exponit incarnationis, eiusque finem, subiectum, principium, caussas, modum persequitur. Deinceps singula commonstrantur distinctius docta expositione verborum Matthaei, Cap. I, 18-25. Huic expositioni etiam alia inseruntur vtilia. Talia sunt: Variorum caussae quatuor de Mariae desponsatione. Item: Quaestio, num Iosephus post Christum natum Mariam cognouerit?* (β) *Posterius membrum agit de his quae natiuitatem Christi sunt consequuta, ductu verborum Matthaei, Cap. II, 1-11. Praecipue de Magis, Christi cultoribus; de vaticinio Bilcami Num. XXIIII, 15-17, fortasssis cognito his Magis; de stella iisdem visa, pertractat.* III) *Conclusio, summe emphatica, vsum continet epanorthotico paedeuticum, et ad gaudendum, Christumque recipiendum, cohortatur. Addit, deitatem non fuisse pollutam per incarnationem. Denique admonitione repetita: non esse, quae tacere debeant, curiosius inuestiganda; oratio clauditur.*

ΒΑΣΙΛΕΙΟΥ ΤΟΥ ΜΕΓΑΛΟΥ ΟΜΙΛΙΑ ΕΙΣ ΤΗΝ ΑΓΙΑΝ ΤΟΥ ΧΡΙΣΤΟΥ ΓΕΝΝΗΣΙΝ

BASILII MAGNI HOMILIA IN SANCTAM CHRISTI GENERATIONEM

SECTIO I

Χριστοῦ γέννησις, ἡ μὲν οἰκεία καὶ a) πρώτη, καὶ ἰδία αὐτῆς τῆς θεότητος, b) σιωπῇ τιμάσθω· μᾶλλον δὲ καὶ ταῖς ἐννοίαις ἡμῶν μὴ ζητεῖν ἐκεῖνα μηδὲ πολυπραγμονεῖν ἐπιτάξωμεν. Ὅπου γὰρ ὁ χρόνος οὐκ αἰῶν ἐμεσίτευσεν, ὁ τρόπος ἐπινενόηται, ὁ θεατὴς παρῆν, c)

Generatio Christi, aeterna illa initioque carens, et ipsius propria deitatis, silentio honoretur: immo vero rationi nostrae, vt ne inuestigare talia, nec nimis curiose conetur inquirere, praecipiamus. Vbi enim nec tempus intercessit nec aetas, vbi nec modus cognitus est, nec spectator

a) Χριστοῦ γέννησις, ἡ πρώτη) Iustinus Martyr Apol. 1, 28 Logon vocat τὸ πρῶτον γέννημα τοῦ Θεοῦ. Sic etiam Theoph. ad Autolyc. 1, 5. Sed Basilius l. 2 adu. Eunom. Filium Dei fuisse negat dici γέννημα debere, quia vox ἄγραφος. Sacrae literae dicunt γεννώμενον. Luc. 1, 35.

Πρώτη) Coimbesisiani quidam Codd. πρώτη καὶ ἀΐδιος, *prima et sempiterna.* Editi, et nostri quatuor MSS. πρώτη καὶ ἰδία. Notandum praeterea, hanc Homiliam et in Colb. primo et in Reg. secundo deesse. B.

b) Σιωπῇ τιμάσθω. Ita etiam Gregor. Naz. Or. 4 de Fil. 1: *Dei generationem cum silentio veneremur. Magnum quid tibi sit, intelligere, quod sit genitus. Quo autem modo, id ne Angelis quidem cogitandum; tantum abest vt tibi permittamus.*

c) Οὐχ ὁ διηγούμενός ἐστι πῶς φαντασθῇ ὁ νῦς·) Ita potius scripsi, deleto commate post ἐστι, et sine puncto interrogandi post νῦς. Monach. Bened. Οὐχ ὁ διηγούμενός ἐστι, πῶς φαντασθῇ ὁ νῦς;

ἐχ ὁ διηγέμενός ἐστι πῶς φαντασθῇ ὁ νῦς· πῶς δὲ ὑπηρετήσει ταῖς διανοίαις ἡ γλῶσσα; Ἀλλὰ Πατὴρ ἦν, καὶ Υἱὸς ἐγεννήθη. Μὴ εἴπῃς d) πότε; ἀλλὰ παράδραμε τὸ ἐπερώτημα. Μὴ ἐπιζητήσῃς πῶς; ἀδύνατος γὰρ ἡ ἀπόκρισις. Τὸ μὲν γὰρ πότε, χρονικόν· τὸ δὲ πῶς, ὅλισθον ἐμποιεῖ πρὸς τὰς σωματικὰς τῆς γεννήσεως τρόπας. Ἔχω εἰπεῖν ἀπὸ τῆς γραφῆς· ὅτι ὡς e) ἀπαύγασμα ἀπὸ τῆς δόξης, καὶ ὡς f) εἰκὼν ἀπὸ τοῦ πρωτοτύπου.

ctator adfuit; ibi nemo enarrare poteſt, quo modo ſibi animus id imaginetur: igitur lingua quomodo ſuccurret cogitatis? Sed Pater *erat*; et Filius *genitus eſt*. Ne quaeras *quando?* ſed omitte hanc quaeſtionem. Ne quaeras *quomodo?* reſponſio enim dari non poteſt. Nam *quando* indicat tempus: illud *quomodo* autem eo deducit nos, vt ad corporeos generandi modos prolabamur. Reſpondeo tibi ex ſacris literis, *vt ſplendor a gloria, et vt imago ab exemplari*, (ſic Filius a Patre.)

II. Ἀλλ' ὅμως ἐπειδὴ ἐχ ἵσησί σε τὴν g) πολυπραγμοσύνην τῶν λογισμῶν ὁ τοιοῦτος λό-

II. AT enim vero ſi haec reſponſio curioſitati mentis tuae non ſatiſfacit, ad diuinae

Οὐχ ὁ διηγέμενός) Colb. tertius ἐχ ὁδηγέμενος. Codd. Combefiſ. ὁ διηγέμενος ἦν. B.

d) Πότε; ἀλλὰ παράδρ) Codd. Combefiſ. πότε; ἄπορον γὰρ τὸ ἐπερώτημα. *Nam perplexa interrogatio eſt, et inſolubilis.* Editi, et Colb. tertius vt in contextu. Nec ita multo poſt editi, et Reg. tertius: σωματικὰς τῆς γεννήσεως τρόπας. B.

e) Ἀπαύγασμα.) Hebr. 1, 3 potius ἀπαύγασμα ΤΗΣ δόξης ſcribitur, non ΑΠΟ τῆς δόξης.

f) Εἰκὼν) Reſpicit Baſilius, ſed memoriter, ad 2 Cor 4, 4. et Col. 1, 15. Vid. Ioh. Damaſcen. l. 1 de Orthod. fid. c. 4.

g) Πολυπραγμοσύνην) Codd. Combefiſ. et alii duo πολυπραγμοσύνην ὁ λογισμὸς τοῦ τοιούτου λόγους τῆς -- Editi et Reg. tertius, vt in contextu. B.

γος τῆς ἀποκρίσεως, *b)* ἐπὶ τὸ ἄῤῥητον καταφεύγω τῆς δόξης, καὶ ὁμολογῶ ἀνεπινόητον εἶναι λογισμοῖς, καὶ *i)* ἄφατον ῥήματιν ἀνθρωπίνοις, τὸν τρόπον τῆς θείας γεννήσεως. Μὴ λέγε· *k)* εἰ ἐγεννήθη, ἐκ ἦν· μηδὲ συνάρπαζε κακουργίᾳ ῥημάτων διανοίας ἀπειροκάλως, ἐκ τῶν ὧδε παραδειγμάτων διαλυμαινόμενος τὴν ἀλήθειαν, καὶ τὴν θεολογίαν *l)* καταῤῥυπαίνων. Ἐγεννήθη ἔπον, ἵνα τὴν *m)* ἀρχὴν αὐτῆ καὶ τὸν αἴτιον ἀποδείξω, ἐχ ἵνα χρόνῳ ὕστερον τὸν μονογενῆ ἀπελέγξω. Σῆ δὲ μὴ κενεμβατείτω ὁ νῦς, εἰς αἰῶ-

nae myſterium maieſtatis confugio, atque nec mente comprehendi, nec humanis explicari verbis poſſe generationis diuinae modum, profiteor. Caue dicas, ſi *genitus eſt*, non *erat*. Noli peruerſis dictis animos decipere imperitorum: inductione hac veritatem contaminas, et theologiae labem aſpergis. *Genitus eſt* dixi, vt aeternitatem eius et fontem oſtenderem, non, vt tempore poſteriorem Vnigenitum demonſtrarem. Nec tua conetur mens per inania tranſcen-

B

b) Ἐπὶ τὸ ἄῤῥητον) Edit. Baſileenſ. An. 1551. κατὰ τὸ ἄῤῥητον.

i) Ἄφατον ῥήμασιν) Editi καὶ ἄβατον ῥήμασιν, *verbis inacceſſum*. Combefiſiani libri et alii duo καὶ ἄφραστον. Reg. tertius καὶ ἄφατον. Haut multo poſt Reg. primus et Colb. tertius συνάρπαζε κακουργίαν ῥημάτων διανοίας ἀπειροκάλως. Editi et Reg. tertius ita, vt edidimus. Subinde Colb. tertius et alter διαλυόμενος τὴν ἀλήθειαν, *euertens veritatem*. B.

k) Εἰ ἐγεννήθη, ἐκ ἦν) Cauillatio eſt Arii, in Epiſt. ad Euſebium: de qua lege Theodorit. H. E. 1, 5. Nicephor. 8, 9. Hunc Arium, praecipue autem Eunomium, cuius Ἀπολογητικῷ varios oppoſuit libros, hic pungit Baſilius. Plura hanc aduerſus obiectionem Elias Cretenſ. dixit ad Gregor. Naz. Or. 4 p. 106 ed. Heruag.

l) Καταῤῥυπαίνων) Edit. Baſileenſ. ῥυπαίνων.

m) Ἀρχὴν αὐτῆ κ. τ. αἴτιον) Deus Pater actiuam ob generationem nec *principium* debet nec *cauſſa* Filii nominari, ſicut omnes peccarunt interpretes hoc in loco. Sed ἀρχὴ aeternitas eſt. Ioh. 1, 1. 2. Αἴτιος autem fontem indicat deitatis, ex quo Filius ab aeterno exiit, Mich. 5, 1. Ioh. 8, 42.

ναις ὑπερβαίνων πρεσβυτέρας τῇ υἱῇ, τὰς ἔτε ὄντας, ἔτε n) γενομένας. πῶς γὰρ πρεσβύτερα δύναται εἶναι τὰ ποιήματα τῇ πεποιηκότος αὐτά;

III. Ἀλλα γὰρ ἔλαθον ὁ ἀπέφυγον, εἰς τοῦτο αὐτομάτως ἐκ τῆς τῆ λόγε ἀκολουθίας συνενεχθείς. o) Καταλείπωμεν ἤν τὰς λόγες, τὰς περὶ τῆς ἀϊδίε ἐκείνης καὶ ἀῤῥήτε γεννήσεως· ἐκεῖνο ἐνθυμηθέντες, ὅτι p) ὁ μὲν νᾶς τῶν πραγμάτων ἐλάττων, ὁ δὲ λόγος τῶν νοημένων πάλιν καταδεέστερος. Σκοπεῖν ἤν χρὴ, ὁπόσον τί ἐστι τὸ ἀπὸ τῆς ἀληθείας q) κατὰ τὸν λό-

scendere, ad saecula Filio antiquiora, quae neque sunt neque fuerunt. Res enim factae, antiquiores quomodo suo esse opifice possunt?

III. SED ehem ex improuiso ad id quod iam nolui, forte ex orationis cursu delatus sum. Missam itaque faciamus de illa aeterna inexplicandaque generatione orationem, probe memores, et mentem pariter rebus imparem, et orationem autem enuntiandis animi cogitatis longe esse denuo inferiorem. Considerasse certe iuuat, quanta sit rationis diuina a veritate aberratio: si-

qui-

n) Γενομένας) Editi et Reg. tertius ἔτε ὄντας, ἔτε ἐσομένας, *neque sunt, neque erunt.* Codd. Coimbesii. ἔτε γενομένας, *neque extiterunt.* B.

o) Καταλάπωμεν) Editi καταλίπωμεν. Antiqui duo libri καταλέπωμεν. Statim duo MSS. ἐκεῖνα ἐνθυμηθ . . . B.

p) Ὁ μὲν νᾶς - - ὁ δὲ λόγος) Quae non capit mens, lingua eloqui nec potest. Recte Plutarch. de educ. liber. Ὁ νᾶς ἀρχικὸς ἐστι τῆ λόγε· ὁ δὲ λόγος ὑπηρετικὸς τῆ νᾶ.

q) Τὸ κατὰ τὸν λόγον ἀπόστ.) Neutiquam assequuti sunt sensum interpretes. Quid est enim *error secundum rationem?* fortene Terentianum illud *cum ratione insanire?* Nec Garnier intellexit, qui pro κατὰ τὸν λόγον scripsit contra omnes MSS. ἐπὶ τὸν λόγον. Male. Lectio enim non sollicitanda, sed vertendum fuit *lapsus, aberratio rationis.* Sic infra 2, 6 occurrit τὰ κατ' αὐτὸν, scil. πράγματα. Verte *res eius*, non *res secundum eam.* Iterum 2, 12. ἱστορία κατὰ τὸν Ζαχαρίαν, *historia Zachariae.* Eodem scri-

γον ἀπόπτωμα· εἴπερ ὁ μὲν νῆς προσθῆναι τῇ Φύσει τῶν ἀκαταλήπτων ἀδυνατεῖ, λόγῳ δὲ Φύσιν τοῖς ὅπως ἂν νοηθεῖσιν εὑρεῖν τ') παρισωμένην ἀμήχανον.

quidem animus quae ex se incomprehensa sunt, neque at assequi, et vtcunque comprehensis orationem inuenire parem, supra vires eius sit positum.

SECTIO II

ΘΕΟΣ ἐπὶ γῆς· s) Θεὸς ἐν ἀνθρώποις· ἐ διὰ πυρὸς καὶ σάλπιγγος, t) καὶ ὄρους καπνιζομένου, ἢ u) γνόφου καὶ ζόφου καὶ θυέλλης ἐκδειματώσης τὰς ψυχὰς τῶν ἀκροωμένων νομοθετῶν· ἀλλὰ διὰ σώματος ἡμέρως καὶ προσηνῶς τοῖς ὁμογενέσι διαλεγόμενος. Θεὸς ἐν σαρκί· ἐκ ἐκ διαλειμμάτων ἐνεργ-

DEVS in terris! Deus inter homines! Non inter ignem nec tubae sonitum in monte fumante, non praesente caligine, tenebris, procellaque animos audientium terrente, legem dat: sed humano indutus corpore, placide suauiterque cum consanguineis eloquitur. Deus in carne! Non per interstiti-

 tia

bitur modo Εὐαγγέλιον κατὰ Ματθαῖον, κατὰ Μάρκον, i. e. *Euangelium Matthaei, Marci*, cet. Male vulgo *secundum Matthaeum, Marcum.*

r) Παρισωμένην) Editi et Colb. tertius εὑρεῖν παρισαζομένην. Codd. Combefis. et Reg. tertius παρισωμένην. Haut longe vnus Cod. Θεὸς ἐπὶ γῆς, Θεὸς ἐν ἀρχαῖς, *Deus in caelis.* Subinde editi et Reg. tertius γνόφῳ καὶ ζόφῳ. Illud, καὶ γνόφῳ, in aliis MSS. non legitur. B.

s) Θεὸς ἐπὶ γῆς·) Ed. Basil. Θεὸς κατὰ γῆς. Garnier scripsit Θεὸς ἐπὶ γῆς, Θεὸς ἐν ἀνθρώποις, commate vtrinque adiecto. Ego colon vtrinque posui, cum ob emphasin, tum quia mox sequitur, Θεὸς ἐν σαρκί· vbi etiam recte Garnier interpunxit.

t) Καὶ ὄρους) Deleatur καὶ, commate post σάλπιγγος omisso.

u) Γνόφῳ καὶ ζόφῳ) Exod. 19, 16. Hebr. 12, 18. sq. Verba καὶ ζόφῳ omittit Monach. Bened. Sed seruant editi et Cod. Basileensis.

γῶν ὡς ἐν τοῖς προφήταις, ἀλλὰ κ) συμφυῆ ἑαυτῷ τὴν ἀνθρωπότητα καὶ ἡνωμένην καταπτησάμενος, καὶ διὰ τῆς συγγενοῦς ἡμῶν σαρκὸς αὐτῷ πρὸς ἑαυτὸν ἐπανάγων πᾶσαν τὴν ἀνθρωπότητα.

tia operatur, vt in prophetis: ſed inſitam ſibi vnitamque adeptus humanitatem, per hanc ipſam carnis noſtrae coniunctionem homines omnes ad ſe ipſum adducit.

II. ΠΩΣ δὲ δι' ἑνὸς, φησὶν, εἰς πάντας ἦλθε τὸ γ) λαμπτήριον; τίνα τρόπον ἐν σαρκὶ ἡ θεότης; Ὡς τὸ ζ) πῦρ ἐν σιδήρῳ· ἐ μεταβατικῶς, ἀλ-

II. AT quomodo per vnum, quaerat aliquis, in omnes venit lux? qua ratione in carne eſt deitas? (*Reſpondeo*) Vt ignis in ferro: non tranſformat ſe in illud, ſed

κ) Συμφυῆ ἑαυτῷ) Antiqui duo MSS. συμφυῆ αὐτῷ. Mox iidem MSS. ἡνωμένην καταπησάμενος. Haut procul MSS. plerique omnes ἐπανάγων πᾶσαν τὴν vox πᾶσαν in editis deſideratur. B.

γ) Λαμπτήριον) Vnus Cod. Combeſif. τὸ λαμπτήριον, ὅτι καὶ ἐξ ἀρχῆς ἑνὸς παραπεσόντος εἰς πάντας ἦλθε τὸ ἔλλειμμα, *quia ſcilicet etiam a principio lapſu vnius in omnes noxa tranſiit.* Nec ita multo poſt antiqui tres libri σαρκὶ, φησὶν, ἡ. B.

Λαμπτήριον) Vox infrequens, pro qua vſitatius quidem ſcribitur λαμπτῆρ. Inde tamen non fit ſuſpecta haec oratio, vt Garnerio videtur in Praef. ad Baſil. T. 2, p. 16. Paullo eſt inſolentior vox μετεωρισμὸς, quam vide ſect. 2, 5.

ζ) Τὸ πῦρ ἐν σιδήρῳ) Vnio perſonalis τῷ Θεανθρώπῳ quamuis μονότροπος ſit et abſque exemplo, tamen Patribus ab antiquis varie illuſtratur. Quas inter optima prae aliis, haec Baſilii eſt illuſtratio. Praeluſerant Baſilio ex parte Origenes et Athanaſius, quorum ille *maſſa ignita*, hic *cauterio ignito* arctam περιχώρησιν τῷ Λόγῳ repraeſentauit. Vid. Origen. περὶ ἀρχῶν, p. 80. Athanaſ. in Dial. Opp. T. 3. p. 110. Neque ἄγραφον omnino exemplum videtur hoc. Nam Filius Dei ἐν πυρὶ φλογὸς ἐκ τῆς βάτου, in rubo *qui ardebat nec conſumebatur*, ſuam repraeſentauit ἀσάρκωσιν. Exod. 3, 2. Et S. Iohanni apparuit Filius hominis *aeris* ſpecie *in fornace igniti*. Apoc. 1, 15.

λὰ μεταδοτικῶς. Οὐ γὰρ ἐκτρέχει τὸ πῦρ πρὸς τὸν σίδηρον, μένον δὲ κατὰ χώραν μεταδίδωσιν αὐτῷ τῆς οἰκείας δυνάμεως· ὅπερ ἔτε ἐλαττῦται τῇ μεταδόσει, καὶ ὅλον πληροῖ ἑαυτῦ τὸ μετέχον. Κατὰ τῦτο δὴ καὶ ὁ Θεὸς Λόγος ἔτε ἐκινήθη ἐξ ἑαυτῦ, a) καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν· ἔτε τροπὴν ὑπέμεινε, καὶ ὁ Λόγος σὰρξ ἐγένετο· ἔτε ὁ ἐρανὸς ἔρημος ἦν τῦ συνέχοντος, καὶ ἡ γῆ ἐν τοῖς ἰδίοις κόλποις τὸν ἐράνιον ὑπεδέχετο. Μὴ b) κατάπτωσιν τῆς θεότητος ἐννοήσῃς· ἃ γὰρ μεταβαίνει ἐκ τόπε εἰς τόπον ὡς τὰ σώματα. Μηδὲ φανταςθῇς ἠλλοιῶσθαι τὴν θεότητα· μεταβληθεῖσαν εἰς σάρκα· ἄτρεπτον c) γὰρ τὸ ἀ-

sed cum illo se participat. Non enim ignis in ferrum introcurrit, manet potius suo in loco, et communicat cum isto vim propriam: neque etiam diminuitur hac communicatione, sed totum semet replet ipso id quod sui particeps est. Simili modo etiam Deus Logos, nec emotus est ex seipso, etsi *habitauit apud nos*; nec mutationem sustinuit, etsi *Logos caro factus est*; nec caelum fuit orbatum suo possessore, etsi terra in finibus suis caelestem exceperat. Ne existimes deitatem e caelo delapsam esse: non enim vno in alium ex loco transit, veluti corpora. Nec immutatam fingas deitatem, et in carnem conuersam: est enim

 immu-

a) Καὶ ἐσκήνωσεν ἐ. ἡ.) Vide Ioh. 1, 14. Particula καὶ apud Basilium hic idem est quod καίπερ. Ergo transtuli *etsi*, qua notione confestim ponitur adhuc bis. Conf. Graeu. Lect. Hesiod. p. 40. Palairet ad Ioh. 17, 25. alios.

b) Μὴ κατάπτωσιν τῆς θέοτ. ἐνν.) Consona his sunt, Augustinus quae habet l. 1 de doctr. Christ. c. 12. *Non per locorum spatia veniendo, sed in carne mortalibus apparendo, venisse ad nos dicitur. Illuc enim venit, vbi erat, quia in mundo erat, et mundus per eum factus est.*

c) Ἄτρεπτον γὰρ τὸ ἀθάνατον.) Codd. Combefis. ἄτρεπτος γὰρ καὶ ἀθάνατος. Editi et Reg. tertius vt in contextu. Ibidem Codd. Combefis. ἀσθενείας ἐκτὸς ὁ Θεὸς Λόγος; quod ita interpretatur Combefisius, *expers est corpo-*

θάνατον. Πῶς ἔν, φησὶ, τῆς σωματικῆς ἀσθενείας ὁ Θεὸς Λόγος οὐκ ἀνεπλήσθη; Φαμὲν, ὡς οὐδὲ τὸ πῦρ τῶν τοῦ σιδήρου ἰδιωμάτων μεταλαμβάνει. Μέλας ὁ σίδηρος καὶ ψυχρός. ἀλλ' ὅμως πυρακτωθεὶς τὴν τοῦ πυρὸς μορφὴν d) ὑποδύεται, αὐτὸς λαμπρυνόμενος ἐχὶ μελαίνων τὸ πῦρ, καὶ αὐτὸς ἐκφλογόμενος οὐκ e) καταψύχων τὴν φλόγα. οὕτω καὶ ἡ ἀνθρωπίνη τοῦ Κυρίου σὰρξ, αὐτὴ μέτεσχε τῆς θεότητος, ἀ τῇ θεότητι μετέδωκε τῆς οἰκείας ἀσθενείας. Ἡ οὐδὲ f) τῷ αἰσθητῷ τούτῳ πυρὶ ἴσον δίδως ἐνεργεῖν τὴν θεότητα, ἀλλὰ πάθος περὶ τὸν ἀπαθῆ ἐκ τῆς ἀνθρωπίνης ἀσθενείας φαντάζῃ; καὶ

immutabile, quod immortale. Quo igitur modo, quaeris, factum est, corporea vt infirmitate Deus Logos non impletus sit? Respondemus, eodem modo quo nec ignis participat ferri proprietates. Nigrum est ferrum et frigidum: attamen si igneſcit, induit formam ignis, lucet et ipsum, ignemque non nigreſcit; inflammatur, et non refrigerat flammam. Sic etiam caro Domini humana, particeps ipsa facta est deitatis, non propriam vero imbecillitatem deitati distribuit. Quidni huic conformiter igni naturali diuinam largiris naturam agere? quid perturbationem in eo qui expers est perturbationum, humana ex imbecillitate imagi-

rali infirmitatis? Editi et Reg. tertius ita vt in contextu legitur. Ibidem vnus Cod. Combef. ἐνεπλήσθη. Hoc ipso in loco Colb. tertius φαμὲν ὅτι ὅτε. B.

d) Ὑποδύεται) Ita melius quam ἀποδύεται, quod Cod. Basil. et editi seruant.

e) Καταψύχων τὴν φλόγα.) Editi et Colb. tertius ἀποψύχων. At MSS. multi καταψύχων. Ibidem editi ἔτω δή. Vocula δή in nostris MSS. non inuenitur. B. Cod. Basileensis ἀποψύχων, et legit etiam ἔτω δή.

f) Τῷ αἰσθητῷ τέτῳ πυρὶ ἴσον) Codd. Combefil. οὐδὲ τῷ αἰσθητῷ τέτῳ. Editi et MSS. nonnulli τῷ θνητῷ τέτῳ. Hoc ipso in loco editi ἴσως. Libri veteres ἴσον. B. Edit. Frobeniana (quam non contulit Garnier,) τὸ θνητῷ τέτῳ πυρὶ ἴσως.

ἀπορεῖς g) πῶς ἡ φθαρτὴ φύσις τῇ πρὸς Θεὸν κοινωνίᾳ ἔσχε τὸ ἀκήρατον; Μάθε δὴ τὸ μυστήριον.

maginaris? quid dubitas, quomodo natura corruptioni obnoxia, coniuncta cum Deo, antiquum obtinere potuerit? Discе igitur mysterium.

III. ΔΙΑ τοῦτο Θεὸς ἐν σαρκὶ, ἵνα h) ἐναποκτείνῃ τὸν ἐμφωλεύοντα θάνατον. Ὡς γὰρ τῶν φαρμάκων τὰ ἀλεξητήρια καταλαμβάνει τῶν φθαρτικῶν οἰκειωθέντα τῷ σώματι, καὶ ὡς τὸ ἐνυπάρχον τῷ οἴκῳ σκότος τῇ ἐπεισαγωγῇ τοῦ φωτὸς λύεται· οὕτως ὁ ἐνδυναστεύων τῇ ἀνθρωπίνῃ φύσει θάνατος τῇ παρουσίᾳ τῆς θεότητος ἠφανίσθη. Καὶ

III. PROPTEREA Deus est in carne, vt latitantem in ea mortem occidat. Quemadmodum enim antidota corpori adhibita, venena domant; quemadmodum tenebrae quae in domo sunt, illato lumine dispelluntur: sic regnans super humana natura mors aduentu deitatis euanuit. Praeterea vt in aqua glaci-

g) Πῶς ἡ φθαρτὴ φύσις -.) Sic Reg. primus et Colb. tertius. Editio Paris. et Reg. tertius fusius: Πῶς ἡ εὐφθαρτος φύσις τῇ πρὸς Θεὸν κοινωνίᾳ ἐδύνατο τὸ ἀκήρατον διασώσασθαι; Καὶ ταῦτα ὁρῶν τὸ πῦρ (ἔτι γὰρ ἔχομαι τῆς ἀκόνος,) τῷ ἴῳ τὰ σιδήρια μὴ δυνάμενον. Μάθε δὴ τ. μ. Hunc locum corruptum esse quum videret Combefisius, sic eum de suo emendare conatus est: Πῶς ἡ ἄφθαρτος φύσις τῇ πρὸς ἄνθρωπον κοινωνίᾳ ἐδύνατο τὸ ἀκήρατον διασώσασθαι; Quibus emendatis sic interpretatur vir doctus: *Quomodo natura incorruptibilis, commercio cum homine, incorruptionem seruare potuit? Idque adeo quum videas ignem (adhuc enim in similitudine haereo,) a ferri rubigine non absumi.* B.

h) Ἐναποκτείνῃ τὸν ἐμφωλεύοντα θάνατον) Cod. vnus Combef. τὸν ἐμφωλεύσαντα. Ibidem Codd. Combef. κατέπιεν ὁ θάνατος ἀγνοῶν, κατέπιεν ζωήν. κατεπόθη ὑπὸ τῆς ζωῆς· κατέπιεν ἕνα μετὰ πάντων, ἀπώλεσε διὰ τὸν ἕνα πάντας. Ὡς γὰρ τῶν . . . . B.

Ἐναποκτ. - - θάνατον.) Lege Hebr. 2, 14. 1 Ioh. 3, 8. Ceterum nemo non videt, verba Cod. Combefis. assimentum esse librarii imperiti, cuius stultitia nec ab auctore Basilii restituti, nec a Monach. Benedict. asserenda erat.

ὡς ἐν ὕδατι πάγος, ὅσον μὲν χρόνον νὺξ ἐστι καὶ σκιὰ, κατακρατεῖ τῶν ὑγρῶν, ἡλίῳ δὲ ἐ) θάλποντος ὑποτήκεται τῇ ἀκτῖνι· ἕως κ) ἐβασίλευσε μὲν ὁ θάνατος μέχρι παρουσίας Χριστοῦ· ἐπειδὴ δὲ ἐφάνη ἡ χάρις τοῦ Θεοῦ ἡ σωτήριος, καὶ ἀνέτειλεν ὁ ἥλιος τῆς δικαιοσύνης, κατεπόθη ὁ θάνατος εἰς νῖκος, τῆς ἀληθινῆς ζωῆς τὴν ἐπιδημίαν ἐκ ἐνεγκών.

glacies, quamdiu nox est et vmbra, dominatur super humore, sed vbi sol incaluit, radio ipsius colliquescit: ita regnauit quidem mors vsque ad praesentiam Christi, postquam autem apparuit gratia Dei salutaris, et sol iustitiae exortus est, victoriose absorpta mors, verae praesentiam vitae non sustinuit.

IIII. Ὦ ΒΑΘΟΣ ἀγαθότητος καὶ φιλανθρωπίας Θεοῦ· l) Δι' ὑπερβολὴν φιλανθρωπίας m) πρὸς τὴν δουλείαν ἀφη-

IIII. O ALTAM bonitatis charitatisque Dei erga homines opulentiam! Seruitutem detrectamus ob magnitudi-

ἐ) Θάλποντος) Cod. Basil. θάλψαντος, quod melius placet.

κ) Ἐβασίλευσε ὁ θάνατος - - ἐφάνη ἡ χάρις - - - εἰς νῖκος.) Discant studiosi theologiae stilum Biblicum imitari ex homiliis facundissimi Basilii, Graecorum Patrum Demosthenis. Vt is pulchre diuinos nectit locos Rom. 5, 14. Tit. 2, 11. 1 Cor. 15. 54! Hodie malum! exultat cum libris loquendi sanctis mos.

l) Δι' ὑπερβολὴν φιλανθρωπίας) Haec verba absunt a Cod. Basil. et omnibus aliis. Monach. Benedict. inserfit ex his quae infra, 4, 4. δι' ὑπερβολὴν δωρεῶν ἀπιστοῦμεν σῷ εὐεργέτῃ;

m) Πρὸς τὴν δουλείαν) Codd. non pauci ἀπὸ τῆς δουλείας. Editi et Reg. tertius πρὸς τὴν δουλείαν. Ibidem καὶ διὰ. Vocula καὶ in nostris MSS. non legitur. Verba, quae in priis editis sequuntur, μὴ πολυπραγμονεῖν τὴν θεότητα, deleuimus, fidem librorum antiquorum sequuti. B.

Garnerii in MSS. etsi vocula καὶ non legitur, καὶ διὰ τί Θεὸς, tamen eam retinendam putaui. Legitur in bono Cod. Basileensi. In quo nec fimbria ista inepta habetur, μὴ πολυπραγμονῶν τὴν θεότητα. Hic vero quid si post ἀρνηιάζομεν et post ἄνθρωποι signa ponantur interrogandi, ac pro ἐπιζητοῦσιν scri-

νιάζομεν· καὶ διὰ τί Θεὸς ἐν ἀνθρώποις, τὸν λόγον ἐπιζητῶσιν ἄνθρωποι· δέον προσκυνεῖν τὴν χρηστότητα. Τί σοι ποιήσομεν ἄνθρωπε; μένοντα ἐν τῷ ὕψει τὸν Θεὸν οὐκ ἐπεζήτησας, συγκαταβαίνοντά σοι καὶ διὰ σαρκὸς ὁμιλοῦντα οὐ ὑποδέχη. Ἀλλὰ πῶς οἰκειωθῇς τῷ Θεῷ ἐπιζητεῖς τὴν αἰτίαν; μάνθανε· Ὅτι διὰ τοῦτο Θεὸς ἐν σαρκὶ, ἐπειδὴ ἔδει τὴν καταγαθεῖσαν σάρκα ταύτην ἁγιασθῆναι, τὴν ἀσθενήσασαν ἐνδυναμωθῆναι, τὴν ἀλλοτριωθεῖσαν Θεοῦ ταύτην οἰκειωθῆναι αὐτῷ, τὴν ἐκπεσοῦσαν τοῦ παραδείσου ταύτην εἰς οὐρανὸς ἀναχθῆναι. Καὶ τί τὸ ἐργαστήριον *n*) τῆς οἰκονομίας ταύτης;

nem benignitatis, et quam ob causſam Deus ſit inter ipſos, quaerunt ratiunculam homines. Oportet adorare hanc comitatem. Quid tibi faciemus o homo? manentem in caelis Deum haut quaeſiuiſti; deſcendentem ad te familiariterque tecum in carne verſantem non ſuſcipis. Sed cur neceſſitudinem cum Deo inieris, quaeris cauſſam? en eam habe. Deus propterea eſt in carne, quod abominatam hanc carnem redimi, infirmam hanc roborari, hanc a Deo alienatam ei reconciliari, e paradiſo eiectam hanc in caelum duci oportebat. Et quaenam eſt officina huius

C

batur ἐπιζητοῦμεν, hoc ſenſu: *ſeruitutem num detrectemus ob magnitudinem benignitatis? quareque inter homines ſit Deus, quaeramus ratiunculas homines miſeri?* Infra ſect. 4, 4 denuo Baſilius, non diuerſo, ni fallor, ſenſu, πρὸς τὴν δελεάσαν ἀφηνιάζομεν;

n) Τῆς οἰκονομίας) Sermo de Chriſto ab antiquis Eccleſiae Patribus fuit in Θεολογίαν et Οἰκονομίαν diſtributus. Θεολογία comprehendebat, quae ad diuinitatem Filii; Οἰκονομία, quae ad humanam τοῦ Λόγου naturam, reſque in terris ſpectant geſtas, conceptionem a Spiritu S., natiuitatem e virgine, cet. Sic diſtinguunt Ignatius Ep. ad Epheſ. p. 27, Iuſtin. Martyr Dial. c. Tryph. p. 264, et alii. Gregorius Naz. Orat. 38 *Nobis*, ait, *non eſt propoſitum de* Θεολογίᾳ *loqui, ſed de* Οἰκονομίᾳ *ſeu incarnatione Chriſti.* Ioh. Damaſcen. l. 3 de Orthod. Fid. c. 15. Οὐ δεῖ τὰ τῆς Θεολογίας, ἐπὶ τὴν Οἰκονομίαν μετάγειν. Atque ſic etiam Baſilius intelligen-

της; παρθένε ἁγίας σῶμα. Τίνες δὲ ἀρχαὶ τῆς γενέσεως; Πνεῦμα ἅγιον καὶ δύναμις ὑψίστε o) ἐπισκιάζουσα. Μᾶλλον δὲ αὐτῶν ἄκουε τῶν τὸ p) εὐαγγελίε ῥημάτων·

ius incarnationis? Virginis sanctae corpus. Principia vero generationis quaenam sunt? Spiritus Sanctus, atque virtus altissimi inumbrans. Sed ipsa potius Euangelii verba audi:

V. ΜΝΗΣΤΕΥΘΕΙΣΗΣ γάρ, (φησι,) τῆς μητρὸς αὐτῦ Μαρίας τῷ Ἰωσὴφ, πρὶν ἢ συνελθεῖν αὐτὰς, εὑρέθη ἐν γαστρὶ ἔχουσα ἐκ Πνεύματος ἁγίε.] Καὶ q) παρθένος, καὶ μεμνηστευμένη ἀνδρὶ, ἐπιτηδεία πρὸς τὴν τῆς οἰκονομίας διακονίαν ἐκρίθη, ἵνα καὶ ἡ παρθενία τιμηθῇ, καὶ ὁ γάμος μὴ φαυλισθῇ· Ἡ παρθενία μὲν γὰρ ὡς ἐπιτηδεία r)

V. QVVM *esset desponsa* (Euangelium inquit,) *mater eius Maria Ioſepho, priusquam conuenissent, comperta est vterum ferre ex Spiritu Sancto.* Et virgo, et viro desponsa, iudicabatur idonea ad ministerium incarnationis, vt et virginitas honori esset, et matrimonium non contemneretur. Nam virginitas tanquam apta ad sanctifica-

dus, qui lib. 2 adu. Eunom. p. 240 et ipse ait: Καὶ τοῦτο παντὶ γνώριμον, ὅτι οὐχὶ Θεολογίας ἡμῖν παραδίδωσι τρόπον, ἀλλὰ τὰς τῆς Οἰκονομίας λόγκς παραθήλοι. Plura lege in Annot. Valesii ad Euseb. H. E. p. 4. Geo. Bulli iudicio Eccles. Cathol. p. 119 sq. Ducaei Annot. ad h. l. Basilii.

o) Ἐπισκιάζουσα) Luc. 1, 35 Spiritus Sancti ἐπισκιασμὸν exposuit b. Carpzouius diss. philol. de Chuppa Hebraeor. Sententias Patrum super eo collegit Sand. Interpret. Paradox. p. 128.

p) Εὐαγγελίε) Super narratione Matth. 1, 18-25 Basilius pulchre commentatur hac integra sectione.

q) Καὶ παρθένος, καὶ μ. ἀ. ἐπιτηδεία) Sic MSS. nonnulli. Editi καὶ παρθένος ἦν, - - - καὶ ἐπιτηδεία. B.

r) Πρὸς ἁγιασμὸν ἐξελέγη.) A Patribus Christus est ipse dictus ὁ Ἁγιασμὸς, vt a Gregorio Naz. Or. 5 de Fil. 2. p. 166. Ὁ Χριστὸς ὁ Ἁγιασμὸς, ὡς καθαιρώτης, ἵνα χωρῆται τὸ καθαιρὸν καθαρώτητι. Quos si sequeris, verba Basilii ἡ παρ-

πρὸς ἁγιασμὸν ἐξελέγη· διὰ δὲ τῆς μνηστείας αἱ ἀρχαὶ τῶ γάμω συμπαρελήφθησαν. Ὁμῶ δὲ, ἵνα καὶ μάρτυς οἰκεῖος ἦ τῆς καθαρότητος Μαρίας ὁ Ἰωσὴφ, καὶ μὴ ἔκδοτος εἴη ταῖς συκοφάνταις, ὡς τὴν παρθενίαν βεβηλώσασα, μνηστῆρα εἶχε τῶ βίω φύλακα. Ἔχω δ) τινὰ καὶ ἄλλον λόγον εἰπεῖν, οὐδὲν ἀτιμότερον τῶν εἰρημένων, ὅτι ὁ ἐπιτήδειος πρὸς τὴν ἐνανθρώπησιν τῶ Κυρίω καιρὸς, πάλαι προωρισμένος καὶ προδιατεταγμένος τ) πρὸ καταβολῆς κόσμω, τότε ἐνειστήκει, καθ' ὃν ἔδει τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον καὶ τὴν δύναμιν τῶ ὑψίστω υ) τὴν

ctificationem electa est: per desponsationem autem principia nuptiarum simul approbata sunt. Praeterea vt Iosephus testis esset domesticus puritatis Mariae, et ne illa exposita foret calumniatoribus, quasi pudicitiam in propatulo habuisset, sponsum habuit vitae custodem. Est quoque alia quaedam ratio afferenda, nihilo illa inferior iam adductis. Instabat tempus idoneum incarnationis Domini, olim iam definitum, et ab orbe inde condito statutum, quo Spiritus Sanctus atque

 Supre-

θενία ὡς ἐπιτηδεία πρὸς Ἁγιασμὸν ἐξελέγη, vertenda sunt: *virginitas vt apta est electa ad Sanctum illum excipiendum.* Sententia Patrum innititur loco 1 Cor. 1, 30, item Luc. 1, 35, vbi τὸ ἅγιον est *sanctus ille partus.*

Ἐξελέγη) Ita veteres libri. Editi ἁγιασμὸν ἐξελέχθη. Illud quod mox sequitur, ὁ Ἰωσὴφ, in nostris MSS. non inuenitur. B.

δ) Ἔχω τινὰ καὶ ἄλλον λόγον εἰπεῖν) Contra hunc λόγον quae philosophatur Garnier in Praef. ad Basilium T. 2, p. 16, ipse vide. Nam quae obmouet dubia, non euincunt quae credit Monachus Benedictinus. Alias causas tres, praeter has Basilii, *quare virgo, mater Iesu, desponsa esse Iosepho debuerit?* lege apud Hieronym. lib. adu. Heluidium. Calenius in Not. ad Basilii h. l. descripsit eas.

τ) Πρὸ καταβολῆς κόσμω) Editi et aliquot MSS. ἀπὸ καταβολῆς κ. At vnus Codex Combefis. πρὸ καταβ. Statim editi et MSS. aliquot τὴν Θεοφόρον. Alii duo MSS. τὴν Χριστοφόρον. Lege Ducaeum. B.

υ) Τὴν Θεοφόρον-σάρκα) Omnino legendum Θεοφόρον, non cum duobus Garnierii MSS. Χριστοφόρον, quod a manu, Nestorio

Θεοφόρον ἐκείνην συστήσασθαι σάρκα. Ἐπειδὴ δὲ x) ὁμότιμον τῆς καθαρότητος Μαρίας ἐκ εἶχεν ἡ κατ' ἐκείνην γενεὰ τῶν ἀνθρώπων, y) ὥστε ἐνέργειαν τῷ Πνεύματος ὑποδέξασθαι, προκατείληπτο δὲ διὰ τῆς μνηστείας, ἐξελέγη ἡ μακαρία παρθένος, οὐδὲν τῆς παρθενίας ἐκ τῆς μνηστείας παραβλαβείσης. Εἴρηται δὲ z) τῶν παλαιῶν τινὶ,

Supremi vis deiferam illam carnem efformaret. Quum autem aetas hominum ista neminem caſtitate Mariae comparem, vt quae vim Spiritus Sancti caperet, tum ferret; quamuis illam praeoccupauerat deſponſatio, electa eſt tamen beata virgo, quia virginitas per haec ſponſalia non laeſa erat. Alla-

fauente, prouenit. Etiam infra, 2, 11 Baſilius Mariam vocat Θεοτόκον, vbi Notam vide. Fuit Mariae vterus proprie Θεοφόρος, *qui Deum geſtauit*. Luc. 11, 27. Epitheton hoc pluribus deinde datum a Patribus. v. c. Ignatio Martyri. Vid. Coteler. Not. ad Ign. p. 442. Θεοφόροι quoque Apoſtoli a Conciliis nominati ſunt: Patreſque, Concilii Nicaeni aſſeſſores, a Theodorito in Hiſt. Eccl. Vid. Valeſ. ad lib. 1 c. 16. Apoſtolus Paullus ſaepe Χριστοφόρος ἀνὴρ ab Athanaſio dictus, apud DuFreſne in Gloſſario Graecit. v. Θεοφόρος, Χριστοφόρος. Senſu autem peruerſo Neſtorius *Chriſtum* vocauit Θεοφόρον, quare enatus eſt hinc Cyrilli anathematiſmus 5 in Epiſt. ad Neſtor. p. 76. *Si quis dicere audet Chriſtum non eſſe verum Deum, ſed hominem tantum* Deiferum, *anathema ſit*. Plura docte commentatur Ducaeus.

x) Ὁμότιμον τῆς καθαρότητος) Auctor non docet, Mariam a peccati originis immunem fuiſſe labe, ſed praefert virginem cunctis quoad caſtitatem.

y) Ὥστε ἐνέργειαν) Subinde Codd. Combefiſ. ὡς ἐνέργειαν. B.

z) Τῶν παλαιῶν τινὶ) Artemonius Init. Eu. Ioh. p. 506 ait, *Ignatius alicubi dicit, ignotam fuiſſe diabolo Mariae virginitatem*, ſed locum Ignatii non adduxit. Habetur is in Ep. ad Epheſ. p. 27 ed. Voſſ. Καὶ ἔλαθεν τὸν ἄρχοντα τοῦ αἰῶνος τούτου ἡ παρθενία Μαρίας, καὶ ὁ τοκετὸς αὐτῆς. Ad quae verba Baſilius ſine dubio in hac homilia reſpexit. Idem confirmat Hieronymus Comm. in Matth. 1, 1. *Martyr Ignatius*, ait, *etiam quartam addidit cauſſam, cur a deſponſata conceptus ſit: Vt partus, inquiens, eius ce-*

καὶ ἕτερος λόγος, ὅτι ὑπὲρ τοῦ λαθεῖν τὸν ἄρχοντα τοῦ αἰῶνος τοῦτο τὴν παρθενίαν τῆς Μαρίας, ἡ τοῦ Ἰωσὴφ ἐπενοήθη μνηστεία. Οἱονεὶ γὰρ *a*) μετεωρισμὸς τῷ πονηρῷ τὸ σχῆμα τῆς μνηστείας περὶ τὴν παρθένον ἐπενοήθη, πάλαι ἐπιτηρῶντι τὰς παρθένας, ἀφ' ὧν ἤκουσε τοῦ *b*) προφήτου λέγοντος· Ἰδοὺ ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ λήψεται, καὶ τέξεται υἱόν. *c*) Ἀπεβλακολήθη

Allata quoque est alia ratio a quodam veterum, ac si Iosephi desponsatio excogitata fuisset, vt saeculi huius princeps de virginitate Mariae celaretur; nam diabolo quasi ad fluctuationem animi, hunc praetextum virgineae desponsationis excogitatum fuisse, vt qui iam dudum virgines obseruasset, ex quo audiuisset

C 3 va-

letur diabolo, dum eum putat non de virgine sed de vxore generatum. Ad locum Ignatii commentarii instar esse possunt verba veteris Theologi, siue is Hieronymus sit siue Ambrosius nescit Vossius in Not. ad hanc Epist. p. 274, vbi Fragmentum dedit ex quodam MS. libro. *Tria fuerunt quae diabolum latuerunt. Partus scilicet diuinus; virginitas matris Saluatoris; et passio Redemtoris. - - - Partus diuinus illum latuit, quia ignorauit, quomodo Dei Filius in vtero virginis incarnari voluit. Latuit illum virginitas Dei genitricis, quomodo scilicet virgo ante partum, virgo post partum permanserit.* Adde Vsserium ad h. l. et Ducaeum in Not. ad Basilium. Errauit igitur Tillemontius, in vit. S. Basilii p. 301, quod scripsit Origenem indicari in hac homilia nomine *cuiusdam antiqui*, confutatus inde a Garnier, Praef. ad T. 2 p. 15.

a) Μετεωρισμὸς) Inepte Calenius et alii *diuinum consilium*. Voci non alia esse hic potest significatio, quam *fluctuatio animi*, si quis inter spem metumque haeret dubius. Apud Flau. Iosephum et Diodor. Sic. saepe μετέωρος, *dubius et animo pendens*; penes Lucam 12, 22 occurrit μετεωρίζεσθαι· i. e. *ob curam futuri fluctuare*, metaphora ab aestu maris desumta. Vide Budaeum Comm. Gr. L. p. 435.

b) Προφήτου) Iesaiae, 7, 14.

c) Ἀπεβλακολήθη - - τῆς παρθενίας.) Verba quae τῆς παρθενίας sequuntur, Ἤδει γὰρ - - vsque ad Κυρίῳ γενησομένην videntur incuria librariorum postposita esse verbis Ἀπεβλακολήθη - - τῆς παρθενίας. Igitur suum in lo

θη ἓν διὰ τῆς μνηστείας ὁ ἐπίβουλος τῆς παρθενίας. Ἤδει γὰρ κατάλυσιν τῆς ἰδίας ἀρχῆς τὴν διὰ σαρκὸς ἐπιφάνειαν τῷ Κυρίῳ γεννησομένην.

VI. ΠΡΙΝ ἢ συνελθεῖν αὐτὸς, εὑρέθη ἐν γαστρὶ ἔχουσα ἐκ Πνεύματος ἁγίου.] Ἀμφότερα εὗρεν ὁ Ἰωσὴφ, *d)* καὶ τὴν κύησιν, καὶ τὴν αἰτίαν ὅτι ἐκ Πνεύματος ἁγίου. Διὸ *e)* Φοβηθεὶς τοιαύτης γυναικὸς ἀνὴρ ὀνομάζεσθαι, ἠβουλήθη λάθρα ἀπολῦσαι αὐτὴν, μὴ τολμήσας *f)* δημοσιεῦσαι τὰ κατ' αὐτήν.

VI. PRIVSQVAM *autem conuenissent, comperta est uterum ferre ex Spiritu Sancto.* Vtrumque comperit Iosephus, cum grauiditatem, tum causſam vtpote quae ex Spiritu Sancto esset. Itaque prae metu huiusmodi feminae sponsus nominari, eam statuit clam repudiare, non ausus quae cum ea contigerant manifestare. Iustus autem

cum restituenda sunt. quamuis nihil muto.

d) Καὶ τὴν κύησιν,) Haec vox displicet delicato Garnierio in Praef. p. 16, quasi insuaue quid et inelegans ei inesset. En cor Zenodoti! Vtuntur ea Philo, Plutarchus, alii, sine turpitudine.

e) Φοβηθεὶς τοιαύτης γ. ἀ. ὁ) Basilius eo inclinat, Iosephum sciuisse, Mariam esse ex Spiritu S. grauidam, dimittereque eam voluisse quia nefas credebat vxorem habere ex qua Filius Dei nasceretur. Auctor Proteuang. Iacobi scribit, Iosephum cogitasse, foetum esse ex Angelo. Φοβοῦμαι, ait, μήπως ἀγγελικόν ἐστι ἐν αὐτῇ. Cum Basilio idem (quamuis nescientes,) sentiunt Bartoloccius Bibl. Rabb. T. 4 p. 561, et Storrius Dec. Exerc. 9. Vide Wolf. in Cur. T. 1 p. 17, qui rectius adoptauit sententiam Photii Epist. 181 ad Eulamp. Episc.

f) Δημοσιεῦσαι) An noster ita circumscribit verbum παραδειγματίσαι Matth. 1, 19, quod Hesych. et auctor Proteuang. Iac. p. 79. ed. Fabric. vertunt φανερῶσαι?

Δίκαιος δὲ ὢν, ἔτυχε τῆς ἀποκαλύψεως τῶν μυστηρίων.

tem quum esset, mysterium ipsi patefactum est.

VII. ΤΑΥΤΑ γὰρ αὐτῷ ἐνθυμηθέντος, ἄγγελος Κυρίου ἐφάνη αὐτῷ κατ' ὄναρ, λέγων· μὴ φοβηθῆς παραλαβεῖν Μαριὰμ τὴν γυναῖκά σου.] Μηδ' ἐκεῖνο ἐνθυμηθῆς, ὅτι ὑπονοίαις ἀτόποις συσκιάσεις τὸ ἁμάρτημα· δίκαιος γὰρ προσηγορεύθης· ἃ πρὸς δικαίου δὲ ἀνδρὸς σιωπῇ τὰς παρανομίας ἐπικαλύπτειν. Μὴ φοβηθῆς παραλαβεῖν Μαριὰμ τὴν γυναῖκά σου. g) Ἔδειξεν ὅτι οὐκ ἠγανάκτει ἀδὲ ἐβδελλύσσετο, ἀλλ' ἐφοβεῖτο αὐτὴν, ὡς Πνεύματος ἁγίου πεπληρωμένην.

VII. HAEC *enim quum in animo haberet, Angelus Domini in somnis apparuit ei, et ita loquutus est: ne metue ascisscere Mariam, vxorem tuam.* Noli excogitare, quomodo ineptis commentis obumbraturus sis peccatum. Iustus enim es: et non est viri iusti, silentio scelera obtegere. *Ne metue ascisscere Mariam vxorem tuam.* Persuadet ei, ne indignaretur, nec fastidiret sed honoraret eam, tanquam Spiritu Sancto repletam.

VIII. ΤΟ γὰρ ἐν αὐτῇ γεννηθὲν, ἐκ Πνεύματός ἐστιν ἁγίου.] Καὶ ἐντεῦθεν δῆλον, ὅτι ἡ κατὰ τὴν κοινὴν φύσιν τῆς σαρκὸς ἡ σύστασις ἐγένετο τῷ

VIII. QVOD *enim in ea genitum est, ex Spiritu Sancto est.* Atque exinde est manifestum, praeter communem naturam carnem Domi-

g) Ἔδειξεν ὅτι οὐκ - - - πεπληρωμένην) Garnier sensu alio vertit. *Ostendit se indignatum ei non fuisse, neque ipsam auersatum, sed veritum esse se eam, tanquam Spiritu Sancto repletam:* quasi Iosephus ostendat Angelo, se non indignari Mariam, sed eam metuere. At secus se habet res. Intelligitur hortatio Angeli ad Iosephum, de non deserenda Maria, sed potius honoranda. Verba antecedentia, μηδ' ἐκεῖνο ἐνθυμηθῆς ὅτι ὑπονοίαις - - - - explicationem Basilii continent, nec de Apocryphis nescio quibus desumta sunt, vt Garnier, rigidus censor, nodos nectens vbi non sunt, existimat in Praef. p. 16.

Κυρίῳ. Εὐθὺς γὰρ τέλειον ἦν τῇ σαρκὶ τὸ κυοφορέμενον, *b)* ἐ ταῖς κατὰ μικρὸν διαπλάσεσι μορφωθὲν, ὡς δηλοῖ τὰ ῥήματα. Οὐ γὰρ εἴρηται τὸ κυηθὲν, ἀλλὰ τὸ γεννηθέν. Ἐξ ἁγιωσύνης ἓν ἡ σὰρξ συμπαγεῖσα, ἀξία ἦν τῇ θεότητι τοῦ μονογενοῦς ἑνωθῆναι.

Domini efformatam esse. Subito enim perficiebatur quod in vtero erat, non successiuis sensim speciebus formabatur. vt verba indicant. Non enim dicitur, *quod conceptum*, sed *quod genitum est*. Igitur caro, ex sanctificatione confecta, erat digna quae Vnigeniti cum deitate vniretur.

VIIII. ΤΕΞΕΤΑΙ δὲ υἱὸν, καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰησοῦν.] Τετηρήκαμεν, ὅτι οἷς ἐξαπίτηδες τίθενται τὰ ὀνόματα, ἔνδειξιν ἔχει τῆς ὑποκειμένης *i)* φύσεως, ὡς τῷ Ἀβραὰμ, καὶ τῷ Ἰσαὰκ, καὶ τῷ Ἰσραήλ· *k)* τούτων γὰρ ἑκάστῳ ἡ προσ-

VIIII. PARIET *autem filium, quem Iesum nomine vocabis.* Obseruauimus, quod quibus de industria nomina imponuntur, ipsorum propriae declarant naturae indolem, velut illa Abrahami, aut Isaaci et Israëlis. Horum enim

b) Οὐ ταῖς κατὰ μικρὸν διαπλάσεσι μορφωθὲν - -) Differentia inter haec duo, κυηθὲν et γεννηθὲν, vereor vt vel perpetua sit, vel possit euincere, Domini carnem *subito* efformatam esse, vt credit Basilius hoc loco, et Lactant. 4, 12, 1. Plato quidem in Sympos. τὸ κυεῖν differre a τίκτειν ait vt prius et posterius. v. Stephan. Thes. T. 2 v. κυέω. Et Philo l. 3 de vita Mos. p. 401 scribit καὶ γεννηθῆσαν ἄνευ κυήσεως. Sed Suidas et Hesych. κύειν interpretantur γεννᾶν. Κύει, γεννᾷ, ἢ ἐν γαστρὶ ἔχει. Quicquid sit, τὸ γεννηθὲν supponit μορφωθὲν ταῖς κατὰ μικρὸν διαπλάσεσι. Vt enim Dominus *natus* creuit aetate, statura, bimestris et trimestris fuit, Luc. 1, 80. 2, 52. sic etiam *in vtero* creuit tempore, statura, successiue per menses nouem. Luc. 1, 42. 56. Non *repente* (vt ait Lactant.) *vterus intumuit.*

i) Φύσεως,) Editi φύσεως τὰ σύμβολα, ὡς. Libri veteres φύσεως, ὡς. B.

k) Τούτων γὰρ) Deest γὰρ in editis et Cod. Basileensi.

ηγορία, ἀ μᾶλλον τὸν τῦ σώματος χαρακτῆρα, ἢ τὸ ἰδίωμα τῆς κατορθωμένης ὑπ' αὐτῶν ἀρετῆς παρεδήλω. Διὰ τῦτο καὶ νῦν l) Ἰησῦς προσαγορεύεται, τυτέστι σωτηρία λαῦ.

enim singulorum appellatio non corporis magis insigne, quam rerum, ab illis praeclare et cum virtute gestarum, proprietatem significauit. Propterea etiam nunc IESVS appellatur, hoc est, *salus hominum.*

X. ΗΔΗ δὲ καὶ τὸ πρὸ αἰώνων διατεταγμένον μυστήριον, καὶ πάλαι διὰ τῶν προφητῶν κηρυχθὲν, τὴν ἔκβασιν εἶχεν· Ἰδὲ ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ λήψεται, καὶ τέξεται υἱὸν, καὶ καλέσυσι τὸ ὄνομα αὐτῦ Ἐμμανηήλ· ὅ ἐστι μεθερμηνευόμενον, μεθ' ἡμῶν ὁ Θεός.] Πάλαι m) κἀκείνη ἡ προσηγορία τῦ παντὸς μυστηρίυ τὴν δήλωσιν ἔχει, ὅτι Θεὸς ἐν ἀνθρώποις· ἐπειδὴ ἑρμηνεύεται (φησὶ,) τὸ Ἐμμανηὴλ, μεθ' ἡμῶν ὁ Θεός. Καὶ μηδεὶς περιτρεπέσθω n)

X. IGITVR illud ante saecula constitutum, praedictumque olim a vatibus, euenit mysterium: *En virgo ventrem latura est, et editura filium, qui nominabitur Emmanuel, quod perinde est ac si dicas Nobiscum Deus.* Etiam haec appellatio a longo iam inde tempore mysterii continet totius significationem, fore, vt inter homines Deus versetur; siquidem vox Emmanuel, (ait Euangelista) est idem ac *nobiscum*

l) Ἰησῦς, σωτηρία λαῦ.) Vere Basilius, nec more Graecorum Patrum, qui Ἰησῦς ab ἰᾶσθαι deriuant. V. Suicer. Thes. Eccles. T. 1, p. 1447. Est Iesus idem quod ישועה *salus.* Ellipsin Obiecti supple ex Matth. 1, 21, τῦ λαῦ, *hominum.* Iuuat haec ex Alberti Glossario Ecclesiast. p. 199 illustrare. Ἰησῦς, ὄνομα ἐκ ἔστιν Ἑλληνικὸν, ἀλλ' τῇ Ἑβραίων φωνῇ ὕτω λέγεται. Ἑρμηνεύεται γὰρ Ἰησῦς, ἢ Σωτηρία. Paucis interiectis ex Habac. 3, 13 addit idem Glossar. Σωτηρία λαῦ.

m) Πάλαι) Sic MSS. Combefisiani et Reg. primus. Editi πάλιν κἀκείνη. B.

n) Τοῖς Ἰουδαικοῖς ἐπηρέαυς,) Vno Iudaei negant ore, vocem עלמה apud Iesaiam, *virginem*, sed vxorem aut Iesaiae, aut Regis, aut aliam νεᾶνιν *puellam* significare. Graeca quidem

τοῖς Ἰουδαϊκοῖς ἐπηρείαις, οἳ φασιν οὐχὶ παρθένον ἀλλὰ νεᾶνιν εἰρῆσθαι παρὰ τῷ προφήτῃ· Ἰδοὺ γὰρ φησιν, ἡ νεᾶνις ἐν γαστρὶ λήψεται. Πρῶτον μὲν γὰρ πάντων ἐστὶν ἀλογώτατον, τὸ παρὰ τῷ Κυρίῳ ἀντὶ σημείου δοθὲν, ο) τοῦτο κοινὸν ὂν καὶ ὑπὸ πάσης τῆς φύσεως ὁμολογούμενον εἶναι δοκεῖν. Τί γάρ φησιν p) ὁ προφήτης; Καὶ προσέθετο Κύριος λαλῆσαι τῷ Ἄχαζ, λέγων· Αἴτησαι σεαυτῷ σημεῖον παρὰ Κυρίου τοῦ Θεοῦ σου εἰς βάθος, ἢ εἰς ὕψος. Καὶ εἶπεν Ἄχαζ, οὐ μὴ αἰτήσω, q) οὐδ' οὐ μὴ πει-

biſcum Deus. Ne quis decipiatur calumniis Iudaeorum, qui contendunt, non *virginem*, ſed *puellam* a vate commemorari: *hem* inquiente, *vterum puella feret.* Nam primum omnium rationi eſt aduerſarium, id quod a Domino inſtar ſigni datur, commune, et omnis naturae confeſſione notum eſſe. Equid enim ait propheta? *Et alloquutus eſt porro Dominus Achazum hunc in modum: Pete tibi ſignum a Iehoua Deo tuo, ſiue in profundo ſit, ſiue in excelſis. Negauit Achazus.* ſe

